



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Carlvs Borromevs. 4. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

.NOV.
1 & vi
eo lo
juncto
ddidit
corpus
um ani
IDAM
ginibus
datam
im ult
Chriſto
iſſe
vos iſſi
Hyme

vembri
tipendia
lum ſibi
it, poſt
oſtentis
dum fu
muſ, eſi
is ab hoc
avit, cum
ter Chri
on tam
e, quām
at: quam
perierum
ſā; quod
n ſine la
ſt. Alre
etiam
2000
4 NOV. *Vite Sancctorum.* 605
etiam Epifcopo impendentem ex calo
vindictam praedixit; cumque ille non
audiret, verborum tonitrua fulmen ex-
cepit, & surdas aures correxit. Virum
principem gravi ægritudine decumbē-
tem admotis non manibus, sed preci-
bus absens curavit. His atque aliis ad-
duxit longè plurimos, in Christi leges
ut iugarent, sed non regem etiam, qui
multis suppliciis excruciatum MILVM
ferro devovit, & carnificis munus cum
fratre divisit. Hos quoque semianimis
Divus adproperantem Nemesin jussit
cavere. Nec nisi diem hæc abfuit. Po-
stridie enim, dum ambo cervum fu-
gientem jaculo insequuntur, ambo ex-
errant, sed mutuis se vulneribus fratres
conficiunt. Iferam cæli vindictam me-
mora, quando cervo & jaculo ocyor
venit. Ex Menœis.

S. CAROLVS BORROMEVS.

4. Novembri.

ERubescens puto ad CAROLI pur-
puram omnes purpurati. Reditus
Ecclesiasticos, nec ab illustrissimo pa-
rente aliter quam in pauperum usus
verti patiebatur. Galero & infulâ in-
signis Parochorum vitam ipse inspic-
re, ipse moridas oviculas curare, ipse
pro suggetu his acclamare, ipse Sacra-
mentis pascere. Quid hic illi anima-
rum pastores, qui suum nunquam nu-

Q q 3 me-

606 *Vite Sanctorum.* 4 NOV.
merant, quin neque neverunt gregem?
Atqui ille, quę diximus, tunc fecit, cūm
provinciam dira lues famesque popu-
laretur, quando, ut Christum operet,
parietes aulæis, se lectulo etiam nuda-
vit. Pestem supplicationibus avertit ad
DD. pulvinaria institutis, in quibus
ipse nudus pedes, funeque in collum
injecto, crucem prætulit, & in hāc cla-
vum ex illis unum, ē quo nobilissi-
mum olim anathema Servator pepen-
dit. Porrò authoritati Ecclesiae vitam
posthabuit; & suam purpuram suo
iterum sanguine pinxit, nisi globus
Divini jussus ferire à tergo ad pedes
delapsus esset. Puer, cūm alii ludos,
ipse VIRGINIS templa obibat. Præter
horas Canonicas, etiam Marianas quo-
tidie dixit, & dici à domesticis voluit.
Sub MARIAE nomine collegium ado-
lescentulis nobilibus extruxit. MA-
RIAЕ statuam ante omnium templo-
rum portas posuit. Hujus iconē armari
omnes milites suos voluit, forti utique
clypeo. Mitto cætera, hoc addo: alios
purpura, CAROLVS purpuram orna-
vit. *Ex vita.*

S. IOANNICIVS CONF.
4. Novembris.

Quid aula confers, si sanctius in
caulā vivimus? Dum gregem pa-
scit, ovis est IOANNICIVS; dum
evectus